


Omnes ar-
tes tradi
debent

1. Per Insti-
tutiones.
2. Digesta.
3. Codicem.

cut Jcti suas habent Institutiones, quibus Ju-
ris epitome continetur, quatuor libris distin-
ctas: deinde Digestorum seu Pandectarum vo-
lumen, quod ex veterum Jctorum libris com-
positum est: tertio Codicem, quo Imperato-
rum Constitutiones continentur: sic omnes
omnium disciplinarum Professores anniti de-
bent, ut tradant disciplinas per Institutiones,
Digesta & Codicem. Sic Theologi v.g. habeant
I. Institutiones quinque capitum Catechetico-
rum. II. Digesta, sive Pandectas Theologi-
cas, id est, Locos communes. III. Codicem,
in quo summi Monarchæ statuta, id est, dicta
Scripturæ explicanda sunt.

Methodica
mixta.

*Methodus mixta sic dicitur ratione authorum,
quibus eam acceptam ferimus. Ejus canon est: O-
mnis disciplina, facultas, ars, scientia, tradatur per Le-
xicon, Præcognita, Systema, Gymnasium.*



SECTIO IV.

De Lexicis disciplinarum.

An Lexica
Philosophi-
ca sint ad-
ornanda?
Affirm.
Ratio I. ab
utili.

B Eurhusius in præfatione Nomenclaturæ author
est, ut singularum artiū Lexica confician-
tur. Nam si congruens cum doctrinarum &
artium noëmatis ordo observetur, juvenus,
ut naturali illo ordine omnia facilius condi-
scet, ita à teneris etiam unguiculis artium li-
neamenta cum earundem vocibus mēte com-
plectetur. Et hæc Lexicorum adornatio non
requirit conjunctas plurium doctissimorum
hominum operas, non magnos sumtus: sed fa-
cillima

Rat. 2. à fa-
cili.